

DISSE⁹
DISSERTATIO EXEGETICA
¹⁶

QVA
LOCVM PAVLI ad Ebr. VI, 4. sq
NON AGERE
DE
PECCATO IN SPIRITVM S
AD SERITVR
QVAM QVE
SVB PRAESIDIO
VIRI SVMME VENERABILIS
MAGNIFICI ET EXCELLENTISSIMI
CHRISTOPHORI TIMOTHEI
SEIDELII

S. THEOL. D. SEREN. BRVNSV. AC LVNEBURG. DVCI A CONSILIIS
SACRIS, SVPERINTENDENTIS GENERALIS, CAPITVLI IMPERIA-
LIS LIBERI REGIO - LOTHARIENSIS ABBATIS, S. THEOL. PROF
PRIMAR. IN ACAD. IVLIA CAROLINA, ET PROT-ECCLESIASTAE
HELMSTADIENSIS, TEVTONICARVM SOCIETATVM HELM-
STADIENSIS PRAESIDIS ET GOTTINGENSIS
MEMBRI

FAVTORIS PRAECEPTORIS AC HOSPITIS SVI MA-
XIMA PIETATE AC MENTE GRATISSIMA
AETATEM COLENDI

D. XXVII. MAII MDCCCLV. IN IVLEO MAIORI
PVBLICO EXAMINI SVBIICIET
AVCTOR

IOANNES FRANCISCVS WAGNER

VLMENSIS
S. THEOL. CVLTOR ET DVCALIS TEVTONICAE SOCIETATIS,
QVAE HELMSTADI FLORET, ORDINARIUS SODALIS

HELMSTADI, TYPIS LEVKARDIANIS

di ssa fessa tata oto ex eglise

64

TOC/W JAVATI sa Epi Al^e + d
NON VOERRE

PRÆCÆTO IN SPIRITUM

ADRESSE

— 20 —

1913 SUMMER UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

CHRISTORORI TIMOTHEI
SEIDELI

THE COTTON COUNCIL OF THE UNITED STATES
RECOMMENDS THE FOLLOWING:
1. THAT THE COTTON COUNCIL OF THE UNITED STATES
NOT APPROVE THE PROPOSED BILL.
2. THAT THE COTTON COUNCIL OF THE UNITED STATES
NOT APPROVE THE PROPOSED BILL.

LA VADOUZE RÉGIONALISME AC HISTORISME EN ALLEMAGNE EXTRÉMISTE
KARL MITTELLAUF AC MUNZER

REGIMENTAL MEDICAL PLATE 1828 G

891 v

JOHANNES FRANCISCAS MAGINGER

BRIDGE RAILROAD COMPANY OF CALIFORNIA
SACRAMENTO CALIFORNIA

THE MARCH OF THE TIGERS



PARS HISTORICA

A primis inde religionis christianaæ saeculis fuere iam nonnulli, qui euangelistarum apostolorumque scripta, immo sanctissima ipsius IESVS nostri dicta, male usurpauerunt, ad peruersam suamet, quae excogitarunt, dogmata iis demonstranda confirmandaque. Idem experta sunt fatum Apostoli PAVLI in epistola ad EBRAEOS pronuntiata, v. 4. sqq. Cap. VI. quibus ad constantiam in vera religione, perseverantiamque in fide in CHRISTVM, adhortari studet atque excitare eos, qui vt ad castra cultus leuitici, quem pie reliquerunt, recederent, multis rationibus, multisque exemplis tentabantur

NOTVM scilicet est schisma illud, atque dogma peruersum, quod perfecerunt et tradiderunt NOVATVS atque NOVATIANVS, * III. Saeculo viri celebres, quodque etiam ex sacris probare litteris, praesertim ex EBR. VI. atque X. conati sunt. EPIPHANIYS nimirum heret. LXXXIX. nos reddit certiores, ipsos, μετὰ τὸ λεγον μητέτι δύνασθαι ἐλεῖσθαι πεπτωκότα, post lauacrum non posse lapsum amplius misericordiam consequi, docuisse **

A 2

CON-

* Non sunt omnino hi dno confundendi, alter sc. eorum Africanus, alter Romanus fuit Presbyter; ille erat seductor, hic seductus

** Cf. Epitome Hist. eccles. IOANNIS PAPAE, ex KIPPINGII editione. Francf. et Brem. MDCLXXV. p. m. 241. sq. IO. HENR. HOTTINGERI Hist. Eccles. P. I. p. m. 150. sq.



CONSTAT etiam ex historia satis aperte occasio, quae dogma hoc valde damnum progentit. Romana ecclesia temper mitior erat in disciplina circa lapsos ceteris ecclesiis, quae quidem in peccata atque crimina incidentes recipiebant ac admittebant in communionis simum et Christianorum societatem, sed tria exceperunt grauissima, idololatriam, homicidium, adulteriumque; qua in re prior decidebat lenius, quum lapsos quoque in idololatriam, homicidium etc. post longa poenitentiae tempora veris denuo adiungi posse membris decreuerit. Id quod displicuit NOVATO et NOVATIANO. * Hic enim, ob denegatam in Concilio a CORNELIO instituto palinodiam, excommunicatus, a NOVATO Carthaginensi Presbytero commotus est atque incitatus, ut nouam condiceret ecclesiam. Id quum fecisset, disciplinam exercuit atque obseruari iussit admodum seueram, quae scilicet Stoico, qui fuit, philosopho erat maxime admodum eiusque moribus et consuetudini conueniens. Hinc etiam illis omnibus negavit ad fidelium communionem redditum, qui crimen aliquod magnum commiserant baptifati, quod institutum ut fiat alii probatum, remisit ipsos ad dictum PAVLI EBR. VI. et X. ** Scilicet priori in loco Apostolum expressis verbis de hominibus post baptismum peccantibus, omni contendit modo, atque hinc etiam nulli eorum in ecclesiae communionem recipi posse ea propter ipsi videntur, quia Apostolus, non fieri posse, ut renouentur ii ad poenitentiam, nos docuisset. Id quod effe-

* Cf. POLI Synops. ad h. I. Vol. V. p. m. 101.

** Cf. WEISMANNI Hist. eccl. N. T. P. I. p. m. 193. AMBROSIUS L II. de Poen. C. II. T. I. Oper. p. 221. scribit: *Obniti volunt, et auctoritatem aiunt sibi suffragari sententiae allegantes scriptum ad Hebreos: Impossibile est enim hoc, qui semel etc.*

effecit, ut omnes in SPIRITVM s. peccare affirmauerit, qui post lauacrum baptismi graue aliquod delictum perpetravissent. Sic enim cum suis metuasse ecclis ratiocinatus fuit: *Quicumque lapsus Christianorum grauior minime potest remitti, ille est peccatum in SP. S.* *Omnis vero lapsus Christianorum grauior post baptismum ipsis remitti nequit;* hinc etiam est peccatum in SP. S. Habet igitur hic definitionem, quam tradiderunt de peccato in SP. S. NOVATIANI, cuius fundamentum ex tractatione exegistica pariter ac dogmatica argumenti huius erit examinandum. REFERUNT quidem Historici, distinxisse NOVATIANOS inter ecclesiasticam peccatorum veniam diuinamque, et tantum existimasse, huiuscmodi peccatoribus numero quam esse sacrorum communionem concedendam. * Sed his sane non mitigatur eorum sententia, nec minus nocuerunt imbecillioribus. Communis enim ista aetate fuit opinio, delictorum remissione qui non beatuntur ab Ecclesia, coelo etiam esse exclusos. Facile hinc intelligitur, NOVATIANOS omnem lapsis rapuisse spem salutis, atque aeternae DEI gratiae. Aliud en! damnum valde magnum ex hoc dogmate ortum. Differtur sacrum in dies lauacrum, quia formido premit Ecclesiae adscriptos, in peccata relabendi grauiora. Error igitur hic subduxit multis dona illa, quorum per baptismum reddimur participes, coelestia; exposuit multos morti prius, quam Spiritus regenerationis in ipsis per aquam cum verbo DEI coniuncti.

A 3

Etiam

* Testatur hoc SOCRATES L. IV. Hist. Eccles. Cap. XVIII. FEBR. BORNIVS de Peccato in SP. S. in Opp. p. 1853. contendit, NOVATIANOS in principio moti certaminis non solum negasse, Ecclesiam recipere debere lapsos post baptismum, sed et, DEVUM ipsis veniam haut largiri, contendisse. Postquam autem accuratius et distinctius se explicassent, de Ecclesia tantum loquutos esse, in dubio relinquentes, quid DEVUS sit facturus



Etiam fuit effusus. Egregio multos carere iubet hoc somnium pestilens testimonio filiationis DEI, atque hereditatis sempiternae salutis a CHRISTO nobis denuo acquisitae

II

HAEC etiam ea sunt momenta, quae iamdudum cordatiiores permouerunt Theologos, ut omni, qua poterat fieri, ratione dogmati restiterint NOVATIANORVM. In primis elaborarunt in eo quam maxime, vt sensum Apostoli plane alium esse, cauiss ex textu ipsomet defunditis, demonstrarent quam euidentissime. Duas in classes abeunt potissimum, qui interpretantur maiori salis grano Apostoli verba; & vtraque pars habet ex antiquitate secum consentientes. Plurimi contendunt quidem, PAVLVM loqui de iis, qui in SPIRITVM SANCTVM delinquent, sed remouent ea prudenter, quae sapient Nouatianismu: dum scilicet non de eo sermonem esseratio[n]ibus demonstrant verissimis, ac si omne peccatum, post baptismi lauacrum a nobis commissum, sit irremissibile, sed potius docere Apostolum, illuminatos, qui veritatem coelestem sufficienter agnouissent, non posse renouari, si eam proaeretice non solum abnegauerint, sed et blasphemis exceperint et hostiliter oppugnauerint; quia cum hoc peccato inseparabiliter coniuncta esset impenitentia finalis, adeoque irremissibilitas

III

AT QVI omnino sic euincitur falsitas dogmatis NOVATIANI. num vero ipsa haec interpretatio sensui apostolico conueniat, id est, quod in sequentibus erit exponendum. Videlicet quaeritur, num cum idea peccati εἰς τὸ Πνεῦμα, ex Salvatoris nostri ore haurienda, aequa

ac

ac cum verbis PAVLI, bene comparari queat haecce explicatio; atque id propter ea, quoniam a fautoribus sententiae huius statuitur, nihil effici aliud ab Apostolo, quam pleniorum peccati in sp. s. atque accuratiorem suppeditari *definitionem*. Adfirmant hoc in primis ex *nostriatibus* Theologis, b. LVTHERV M sequentibus, IO. GERHARDVS, BROCHMANNVS, HVLSEMANVS, SCHERZERV S, CALIXTVS, CALOVIVS, KOENIGIVS, QVENSTEDIVS, BAIERV S, DANNHAVERVS, FABRICIVS, HOLLAZIVS, IAEGERVS, DIETERICVS, BVDDEV S, HOFFMANNVS, CANZIVS, TELLERV S, aliquie.*¹ Habent ex *Reformatis* omnino secum consentes; in primis ad eos referri merito videntur ZWINGLIVS ipse, PISCATOR, CLAVDIVS, GOMARVS, MARCKIVS. Ex *anglicanae* ecclesiae adscriptis adponimus his DANIELEM WHITBY, PARISIVM, PEIRCLVM. Hi vero omnes, qui eamdem peccati in SPIRITVM s. *definitionem*, eamdemque adsumunt dicti Paulini *explicationem*, dissentient tamen circa *Subiectum*, illud committens, et circa *causas irremissibilitatis eiusdem*, de quibus momentis forsitan occasio suppeditabitur in sequentibus nonnulla differendi

IV

ET optandum sane esset, ut NOVATIANORVM dogma plane fuisse explosum his Theologorum rectioribus conaminibus. Nonnulli videlicet, qui ex infelici scho-

* Nuperrime quidem his se etiam adiunxit multa cum eruditione Vir praefantissimus M. WILHELM. FRID. HOCHSTETTER, Stuttgart. in disputatione quadam, quae Tübinger prodit 1753, et habita fuit Praefide celeb. IO. FRIDER. COTTA, qui vero in adiuncta proficitur epistola gratulatoria, se prorsus aliam hac de re sententiam cogitare atque adferre



schola SOCINI prodierunt, et ab auctore huius Sectae nomen acceperunt SOCINIANORVM, premunt passim vestigia NOVATI ET NOVATIANI.* Id quod etiam faciunt ANABAPTISTAE, qui, decimo sexto vigentes saeculo, res et ciuiles et sacras misere turbantes dilacerauerunt; quorum in primis notus est MELCHIOR HOFFMANNVS, natione Suevus, errores suos potissimum in Holsatia, Belgio et Argentorati disseminans, qui omnino publice sententiam NOVATIANORVM defendit, atque aliis inculcare studuit**.

QVO magis caeterum opinio horum reprobanda est, eo minus, vii quidem arbitramur, ii sunt carpendi, qui suam addunt majorum operae diligentiam ad verum Apostoli in citatis versibus indigitandum, euoluendum perscrutandumque sensum; simulatque nos non audiitas, noui quid docendi, sed potius veritatis amor, ad hoc negotium instigat, praeparat, atque reddit idoneos. Hae rationes sane excusant institutum nostrum iam suscipiendum, quum scil. Apostoli verba ad HEBRAEOS VI. C. v. 4. sqq. non de peccato in SPIRITVM S. agere, ostensuri, atque simul vim ipsorum veram et significacionem genuinam euoluere atque indicare conaturi simus. Id quod DEVS bene vertat.

* Cf. Libellum, germanico exaratum idionate, sic inscriptum: Erzmen, welche die da seyen, die verlaugnen Jesum den Herrn

** Vid. IO. ADAMI OSIANDRI Theol. posit. acroamat. P. II. Art. LIV. de peccato in sp. s. p. m. 290. Th. IV

PARS

PARS EXEGETICA

I

GENVINVM eruere, quem intendit Apostolus EBR. VI,
4. sq, sensum, animus quum nobis sit, praestat omnino, verba nostra cum antecedentibus curate contendere ac comparare. Scilicet *versum* Capitis VI. *primum* cum *vltimis* Cap. V. *nexu* cohaerere *arctissimo*, patet exinde, quod particula *do* indicet, rationem iam ab Apostolo redditam esse, qua adductus constituisset, nec de principiis christianaे religionis fusius agere iamiam, nec alias repertere doctrinas, quibus instruti deberent esse, qui ex iudaismo ad Christi cultum accedere desiderarent. Comitate enim vltimo praecedente PAVLVS contendit, iis proponi debere mysteria religionis, qui in primis eiusdem capitibus iam eruditи essent et sensus haberent exercitatos, ad ea capienda intelligendaque. In eorum igitur numerum PAVLVS etiam EBRAEOS refert; licet in antecedentibus (v. II. sq.) imbecillitatis quoque mentionem fecit, ob quam indigerent forsitan multi eorum institutione curationi et solidiori in doctrinae Christianae fundamentis. Attamen indulgere vult eorum inscitiae, et ea ipsis iam proponere dogmata, quae magis necessaria ducit ad EBRAEOS ab apostasia dehortandos. * Pergit igitur

* Καὶ τέτο ποίησεν, ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ θεὸς. Sunt Interpretes, qui putant, haece verba sic esse explicanda, ut sensus Apostoli sit, fe in praesentia rerum ea expositurum esse, quae ignorant EBRAEI de primis Christianae religionis principiis. Referunt igitur τέτο ποίησεν ad illa: ἐπὶ τὴν τελείστητα Θερώμεθα, quod factum scilicet esse ab Apostolo iudicant, quum hisce in litteris Christianae religionis splendorem, fructus eximios et gloriam omnem expli-



igitur diuus epistolae auctor, atque *rationes* subiungit,
quae luculenter probant, cur *repetitionem* *fundamentorum*
primorum, *rebus sic stantibus*, contendat minus necessariam

II

ATQVI huius rei caussam ea complectuntur verba
admodum difficilia, in quorum significationem veram in-
quirere instituimus, et ex quibus tot Theologorum cona-
ti sunt naturam peccati in Spiritum Sanctum demonstrare.
Adūnatōν γαρ, inquit Apostolus, τες ἀπαξ φωτιζέντας, γε-
νησαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπιχειρίας, καὶ μετόχες γενηθέντας
Πνεύματος ἀγίας, καὶ καλὸν γενησαμένος Θεῷ ἔημα, δυνάμεις τε μέλ-
λοντος ἀνῶν, καὶ παραπεσόντας ἐκποτοῖς τὸν υἱὸν τῷ Θεῷ καὶ πα-
ραδεγματίζοντας. *Impossible enim est*, illos, qui semel Chri-
stianae veritatis luce illuminati sunt, et gustarunt donum
coeleste, atque participes facti sunt *Spiritus sancti*, gusta-
runtque verbum *D E I* salutare et virtutes saeculi futuri,
denuo ita immutare et renouare, ut veram agant factorum
suorum poenitentiam; denuo cruci adfigentes Christum et
exponentes aliorum opprobrio. Iuuabit omnino, I. de Sub-
iecto

explicauisset. Cf. August Hermann Franckens *Lectiones Paraeneticas*,
P. II p. m. 144. IACOBI PEIRCII *Commentarium in hanc epistola-*
lam ad h. I. Sed hortatorium scribendi genus relinquit P A V L U S,
et loquitur de eo, quod alio tempore fit praefiturus. Pronomen
igitur τέτο in primis respicit ad θεμέλιον aedificandum resipisci-
tiae a mortuis peccatis, et eaeterorum, quae adducit, primorum
doctrinae CHRISTI fundamentorum, atque continent omnino v-
berioris institutionis promissionem. Nec ferit nos dubium, quod
inouere conantur secus sentientes; scilicet male EBRAEIS a PAULO
consuli, si necessariam in aliud tempus differre institutionem vel-
let. Apostolus enim neutiquam necessaria omittit religionis dog-
mata. Cf. CEL. IO. DAVID MICHAELIS in annotationibus ad
PEIRCII *commentarium*

ieōto quaerere, de quo in hisce verbis aliquid praedicitur. II. autem ea, quae PAVLVS de ipso enunciat, vere et accuratius considerare

In D V P L I C I statu *Subiectum* contemplatur PAVLVS, de quo loquitur in commatibus nostris. Scilicet respicit *primum* ad ipsorummet statum, quo verae ecclesiae membra constituantur; dein vero etiam ad illum, in quem transponuntur, si a sanctissimis nostri Redemptoris recedunt dogmatibus. Pro diuerso hoc statu diuersa etiam sunt ea, quae subiectum determinant

P R I O R E M quod attinet, 1) *Φωτισθέντων*, illuminatorum, fit mentio. Φωτίζομαι idem est ac veritatum cognitionem adsequor, antea quae mihi fuerunt minus notae, ita ut illas iam dijudicare et ab erroribus falsisque conceptibus valeam distinguere. 2 Cor. IV, 5. 6. Scilicet in Sacra Scriptura τὸ φῶς passim ignorantiae opponitur, ideoque cognitionem designat; ut eam vim etiam habet, qua salutarem CHRISTI cognitionem veramque fidem significat. Act. XXVI, 18. I Petr. III, 9. Vox τὸ ἀπαξ saepissime denotat perfectionem rei, ad quam sensim sensimque et per gradus veluti attingimus, absolutam. * Oi ἀπαξ Φωτισθέντες igitur sunt illi homines, qui per DEI verbum cognitionem veritatum ad nostram cum DEO reconciliationem necessiarum adsequuti sunt ita, ut de iis plane sint conuicti **

B 2

III

* Cf. IO. CHRISTOPH. WOLFI Curae philol. et crit. in hanc epistolam ad EERAEOS, ad verba: τὸς ἀπαξ Φωτισθέντες. p. m. 662

** PATRES VOCE τὸ Φωτόμειο intelligent atque designant baptisnum.

Cf. HOORNBECK. in Miscellaneis sacris p. 335. Et potuerunt quidem baptisatos omnino Φωτισθέντες appellare, quia prius in doctrinis euangelii instituebantur, et actus lustrationis signum erat, eos dogmata ipsi proposita solide addidicisse. *Apophthegmata autem Cons-*



III

ALTERA determinatio subiecti Paulini quoad priorem statum haec est: γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπεργάνεις. Δωρεὰ ἐπεργάνος omnino est CHRISTVS ipse, quem scilicet DEVS lapsis hominibus dedit, ut per Ipsum reciperent salutem amissum. Io. III, 16. Atque ipsem Salvatorem se δωρεὰν θεῶν appellat. Io. III, 10. * Intelligit autem

Constitutiones atque recentiorum alii usurpant verbum de catechumenis ad baptismum adhuc praeparandis; igitur, h. l. et CAP. X, 32. non ipso de baptismo esset sermo; de iis potius loqueretur Apostolus, qui cognitione veritatis instructi erant. Apostolicon iam saeculo Φωτίζειν fuerit idem ac baptizare, dubitatur merito; scilicet saepenumero de istructione hac sacra loquuntur scriptores sacri sed non solum hoc verbum usurpant. Quidquid sit; ἀπόλεξ Φωτιδέρτες sunt, qui luce euangelii prorsus collustrati sunt, quos Apostolus C. IV, 2. εὐηγγελισμένος adpellat. Putant quidem nonnulli Reformatorum, apud CALOV. T. II. Bibl. III. N. T. p. 1234. b. sermonem esse de illuminatione mentali tantum, separata ab illuminatione voluntatis per fiduciam in Christum. At vero ἀπόλεξ Φωτιδέρτες sic non sunt comparati. Pulchre CALOVIVS l. c. iste Φωτισμός, inquit, utrumque complectitur, quod vel ex eo adpareat, quod Apostolus in eo requirit et perseverantiam et augmentum. Vbi autem nulla est fiducia, ibi perseverantia et augmentum in Φωτισμῷ tantum requireti non potest. Cf. BART. BOT SACCII Predigen, in welchen er die Sünde in den heiligen Geist erläutert. 2te Predigt in notis ad hanc vocem (ii et ll)

CHRISTVM esse, qui per τὴν δωρεὰν τὴν ἐπεργάνειν hic intelligi debeat, nobiscum distinctis docet verbis IO. BRAVNIVS in Comment. ad h. l. BOTSACCIVS, l. c. WOLFIUS in Curis philolog. et critic. ad h. l. CHRISTVM hic multi, inquit, intelligunt, qui se ipsum δωρεὰν τῇ θεῷ vocet. Io. III, 10. Non inconuenienter quidem; malum tamen dona spiritualia, a CHRISTO nobis parta, v. c. iustitiam, iudeoτον &c. quae sunt δωσις et δωρημα τελεσιον, Iac. I, 17. indicari. Et nos utramque interpretationem bene inuicem coniungi posse iudicauimus. Qui sc. CHRISTI efficacem adse-
quuntus

tem Scriptura per τὴν διεργὰν τὴν ἐπαγάνθιον **omnia** quoque **bona**, quae nobis ab et in CHRISTO et per Ipsum obtингunt. *Eph. I, 3. Hebr. VIII, 5. IX, 23.* Designant igitur ταὶ ἐπαγάνθια iustificationem sanctificationem, et glorificationem, et quae cum his sunt connexa. Verbum γέεδαι interdum esse idem, ac primis rem atque extremis gustare labii, prorsus negari non potest; et multi prouocant ad *Math. XXV, 34.** Interim in foederis *apud BOTSACCVM l. c. nota (ss)* noui

quintus est notitiam, ille etiam particeps donorum a IESV nobis partorum redditur. Apud BOTSACCVM l. c. nota (ss) citatos inuenimus Auctores, qui cum WOLFIО consentiunt.

De SPIRITU sancto luc ferinōnem esse, nonnulli arbitrantur. Sic de ipso exponit *10. OWEN. apud POLVM Syn. in b. l. et PEIRCIUS* hanc interpretationem non omni carere fundamento arbitratur, licet nostram luci anteponendam censeat. Sed quum eius postea mentio fiat distincta, ad CHRISTVM luc respicere PAVLVM omnino certum est, quum in sequentibus, quam vehementer in IPSVM peccent *wārētōrē*, ostendat maximo verborum pondere. *Quid igitur aptius est rei, quam si in commēmorandis bonis, quae spreuerant, eiusdem iam fecerat filii DEI mentionem*

Sunt etiam, qui putant ad Sacram Coenam respexisse Apostolum; nonnulli autem in primis PATRVM de remissione peccatorum agi contendunt. Non aduersantur hi omnes quidem nobis, quum utrumque sit medium arctioris cum CHRISTO coniunctionis; sed in sermone PAULI fundamentum suae interpretationis inuenire ipsos iure dubitamus.

* Subtili prorsus ratione BOTSACCVS l. c. ostendit, illos minime his adiunari verbis, qui, PAVLVM non de absoluta, perfecta et efficaci Messiae cognitione luc fuisse loquutum, conantur demonstrare; quam in rem igitur consule L. B. citatam orationem sacram de Peccato in Spirit. Sanct. secundam; p. m 94. sqq. De nostra quoque BRAVNIVS discedit sententia; de iis PAVLVM loqui contendens, qui gustauerunt quidem IESVM, sed non fuerunt satiati; i. e. qui leui tantum gauisi erant cognitione promissi Messiae et iam praesentis. Sed huic sententiae opponimus merito haec:

PAVLO



noui tabulis etiam hunc vocis τὸν γένεθλιον fixum non esse significatum, patet ex phrasι γένεθλιον θάνατος, mori, Matth. XVI, 28. coll. Io. VIII, 52. Plenam igitur quoque infert rei perceptionem, atque sensum eius operationum. Hinc γενεθλίου της διδασκαλίας της ἐπεργασίας sunt ii, qui, si ad intellectum respicias, notitiam CHRISTI solidam et efficacem sibi acquisuerunt; ad voluntatem vero si attendis, delectantur doctrinal IESV et bonis per illum sibi comparatis, atque horum dulcedinem in anima ipsi sentiunt et experiuntur. Cf. Ps. XXXIII, 9. 1 Petr. II, 3

III

3) AD euolutionem TERTIAE determinationis, quam PAULLVS suppeditat, subiecti sui quoad statum priorem, vt nosmet accingamus, illa haec est καὶ μετόχεις γενηθλίας Πνεύματος ἀγίου. Πνεῦμα ἄγιον h. l. denotat omnino, per metonymiam caussae pro effectu, dona, effectus et operationes, quae in animo illuminatorum ab ipso SPIRITU producuntur: quales sunt, vt, qui existunt filii DEI, agat, in pietate confirmet, adque coniunctionem cum DEO perducat arctiorem. Rom. VIII, 13. I. Cor. III, 16. * Multi quidem sunt, qui per πνεῦμα τὸν ἄγιον in-

PAVLO est sermo de iis, qui ἀπολέξ plene et perfecte erant φωτισθεῖς: num autem vere sunt illuminati, qui aliquanta tantum de CHRISTO habent cognitionem? Porro certum etiam est, illuminationem voluntatis commitionem habere comitem, quae hominum notitiam de CHRISTO reddit efficacem. WOLFIUS l. c. indicat Interpretes quosdam alios in nostram non euntes sententiam, itemque suam hac de re menteum explicat non prorsus ob iam dicta nobis arridentem.

* Πνεῦμα ἄγιον h. l. dona SPIRITUSS. et operationes in hominum animis denotare, docet etiam nobiscum BRAUNVS. Negat vero id PEIRCIVS atque Celeb. MICHAELIS, in annotationibus illi

intelligunt dona ipsius *miraculosa*; interim in horum sententiam descendere neutquam possumus. Scilicet tota apostolici sermonis connexio euidenter commonstrat, P A V L U M de donis *sanc&ificantibus* agere, et ipsum ab uno gradu ad alterum adscendere. Scimus ἀπαξ φωτιζέντες omnes omnino S P I R I T U S sancti participes fieri, quod loci probant excitari. Num vero de quolibet illuminato euangelii luce comantur affirmare secus sentientes, ipsum extraordinaria accipere S P I R I T U S sancti dona et miraculosa? * Quid? quod Apostolus caussam adferat in verbis, quae meditamus, quare iam prima christianae doctrinae

illi subiunctis. Quin prior haec usurpat verba: *Dē S P I R I T U S s. operationibus ordinariis, quae Christianis omni tempore obtingunt, non loqui auctorem, certum quidem et exploratum habemus.* Sed desiderandum certitudinis huius fundamentum cum lectoribus non communicavit. Celeb. MICHAELIS iudicat, τὸ πνεῦμα ἄγιον et αἱ δυάμεις μελλόντος οἰκού, de quibus mox fusi agere tempus erit, per *miracula et extraordinaria S P I R I T U S s. dona esse explicandas, in primis ideo, quia si nostra probaretur explicatio (mater quam sit insuper larga curarum et sollicitudinum, coque adcuratiis expendenda theologis, nec grati sumenda fuisset) illa pars euangescat, quae efficit, vt, qui eo se confrinxerunt, ad poenitentiam renouari non possint.* Verum enim vero haut euangescet, ut quidem arbitramur, illi pars, licet dona non intelligamus s. S P I R I T U S miraculosa, vt nec intelligi debent, simulatque genuinus P A V LI sensus, qui vero ab usque hac suppositis omnino differt, eruatur.

* Pari fere modo differit BOT SACCVS, loco iam saepius citato, eius verba hic legere non poenitebit: Meinet nicht den durch die Wunder äußerlich, sondern durchs Wort innerlich wirkenden Geist. Denn jener wird nicht allen, die erleuchtet sind, und geschmecket haben die himmlische Gabe, mitgetheilet. Ja er wird auch wol einigen mitgetheilet, die ohne Erleuchtung des Glaubens und ohne geistlichen Geschmack. Will sich also hic nicht reimen mit Pauli aneinander hangenden Rede, da er nur eine Gattung Leute beschreibt. Zu geschweigen, daß sichs auch nicht mit folgendem reimet.



Etrinae principia EBRAEIS exponere nollet. Necesse est igitur omissio huius institutionis habeat rationem in ipsis EBRAEORVM actionibus, in vita ipsorum cum praecepsis CHRISTI et apostolorum, itemque cum illuminatorum statu, comparata. Queritur, omnes fere, ut repetantur fundamenta christiana religionis, opus habere. Num vero hi omnes donorum SPIRITVS s. miraculosorum redditii fuerunt participes? Haec omnia euadent clariora, si demum veram PAVLI intentionem fuerimus ostensuri.

V

4) QVARTAM Subiecti sui determinationem quoad statum priorem in his apostolus ponit: καὶ καλὸν γενομένος θεοῦ ἔημα, δυνάμεις τε μέλλοντος αὐτῶν. Καλὸν ἔημα est verbum illud, quod nil, nisi exoptatum, vtile et laetitiis plenum, continet; hinc etiam dicitur dignum, quod accipiat. I. Tim. I, 15. Καλὸν etiam in Scriptura id significat, quod ad vires rei alicuius conseruandas et augendas conductit, illasque conseruat, ne deficiant aut putrefescant. Καλὸν igitur et verbum illud, quod vi gaudet, conseruandi virtutes in mente hominis obuias. * Γενεθαὶ καλὸν

- * Verbum bonum דבר טוב est omnino Hebraeis promissio omnis boni alicuius, ut testatur BRAVNIVS in Commentario suo ad h. l. atque PEIRCIVS. Et verum etiam est, SPIRITVM SANCTVM in sacra scriptura dici *promissionem DEI κατ' ἐξοχὴν*, *promissionem spiritus, spiritum promissionis*. Num ergo PAVLVUS per bonum verbum intelligit promissum a CHRISTO SPIRITVM, dona miraculosa cum fidelibus communicantem? Enim uero דבר טוב in Veteri Testamento adpellatur etiam promissio Messiae eiusque doctrina. Ps. XLV, 1. 2. coll. Es. LII, 7. Et sane est illa ἐναγγέλιον, est verbum maxime bonum, ob virtutem suamnet singularem atque effectus longe salutares. *Sic cohaerabit etiam haec propositio*

Actus 8. 26. ergo igitur ea hominis est actio, qua mediis in temptationibus grauissimis per verbum DEI conseruatur confirmaturque, ut permaneat in fide, quo verbum DEI suammet animam a praejudicatis opinionibus, peruerbis motibus atque erroribus purificare, idoneamque posit reddere, quae DEO placent opera suscipiendi. *Aīor μέλλων* in tabulis noui testamenti ipsam eius oeconomiam denotare, minime conabimur negare. Scilicet celebris valde est distinctio Iudeorum inter *הָרָה עֲלֹת וְכָא*, quo posteriori termino tempus, quo Messias venturus sit, designant. * Verum enim vero PAVLVM hoc in loco non

positio egregie cum antecedentibus. Scilicet SPIRITVS, CHRISTI, atque Patris, IESYM excitantis, testatur in nobis de Evangelio diuino ortu, de ipsis veritate, necessitate fructuque maximo. Desiderium vehementer gignit in animo, de rebus in CHRISTI doctrina nobis propositis ut fiat certissimum conniunctissimumque; deinde nos allicit, uti thesauros in verbo DEI latentes quaeramus atque sic gaudemus verbis huius boni dulcedinem. In quibus ergo operatur SPIRITVS, illi etiam ad gaudium euangelii pertingunt

• Et BRAVNVS et PEIRCVS cum Celeb. MICHAELIS multisque aliis statuunt, PAVLUM hoc respicere ad loquitionem hebraeam, qua *עלם הַבָּא* *actas* est *Messiac*. Primus ab vitroque posteriori in eo recedit, quod *דְּבוֹרָא* praerogativas esse N. T. iudicat prae antiquo foedere; id quod etiam SCHOETTGENIVS in *horis hebraicis* p. m. 954. contendit. Et in horum omnino sententiam ituri esseimus, nisi nostra interpretatio PAVLI scopo convenientior videretur; qua de re iam nostras adduximus rationes. Qui autem *רָאשׁ דְּבוֹרָא* de miraculis atque vi, perpetrandi ea, intelligunt, in eo ponunt adserti sui fundamentum, quod haec interpretatione usui scriptorum noui foederis optime respondeat. Et negare non conanur, vocem hanc in N. T. tabulis significare miracula. Sed primo num gulgare ideam est ac miracula edere? dein vocabulata hoc ad alia quoque usurpatum exprimenda. Cf. STOCKII *Clavem N. T. p. m. 318.* Et ex plurimorum locorum contentione videamus sane, *רָאשׁ דְּבוֹרָא* esse operationes eas, *C* *quaes*



non de donis loqui miraculosis, sed de sanctificantibus,
iam monui; hinc etiam sermonem haut esse patet de po-
tentia et virtute miracula edendi in confirmationem reli-
gionis Christianae, qua instructi fuerant multa primitiuae
Ecclesiae membra. Nec sane *fingimus* significationes vo-
cabulorum, sed *receptis* omnino utimur, si per αὐτὸν μέλλειν
vitam, quae manet ad seclas C H R I S T I fideles, aeternam
huc intelligere contendimus! Videlicet prostant Dicta in
codice N. T. sacro, in quibus, *eadem* per voces hasce
significatur. Cf. Ephes. I. 21 *
CVR vero bona futurae huius vitae vocantur
duraepeis? Vtique ideo, quia vim in animis credentium ha-
bent

quae in ipsomet D^O habent suam rationem, adeoque potentiam Numinis supremi spirant. Omnis autem his tolleretur, si loca Scripturae illa accuratius examinarentur, in quibus $\alpha\omega\delta\omega\mu\ell\lambda\omega\delta$ idem significare dicitur, ac tempus Novi foederis. Cel. Tübinger Theologus, CHRIST. MATTH. PFAFFIVS citat in Inhibit. Theol. dogm. et mor. p. m. 234. IAC. RHENFREDIVM, qui in dissert. phylolog. de Saeculo futuro adlectis Syntagmati dissertationum de Stilo N. T. contra HERM. WITSIVM demonstrare conatus est, per עולם הבא Ebraeos veteres numquam designasse Messiac tempus; quem vero auctorem pernoluerit mihi quidem non contigit. Negat etiam BOT SACCVS l.c. vllum huius rei exemplum adduci posse ex paginis diuinis. Es ist auch wohl eine rabbinische Art, inquit ille, daß thnen עולם הבא, μέλλων αὐτῶν, so viel sey, als die Zeit des Messias, wienol sie auch öfters daburch das ewige Leben verstehen. Aber in der Bibel finde sie nicht. Et in nota (s.3.) his verbis subiuncta scribit: ineptum fuerit, PAVLVM, iam in saeculo Messiac sibi satis cognito viuentem, illud tamen vocare futurum. Cui iudicio inhaeret quoque b. CANZIVS in Compend. theol. pur. p. m. 487.

Ad hunc quidem locum pronocat BRAUNIVS in suo ab nostram metropolitam Commentario, dum demonstrare conatur, vocem τε μέλλοντος αὐτῶν in N. T. libris denotare tempus Messiac, veteri testamento oppositum. Enimvero legi sane merentur, quae WOLFIUS in Curis philolog. et crit. haec in verba differit

bent singularem, et de potentia DEI testantur. Sunt vero eiusmodi bona institutus DEI, coniunctio cum IPSO et Salvatore nostro IESU CHRISTO arctissima, immortalitas, voluptatis sempernae sensus, corporis splendor etc. Haec gustat, quem eorum representatio maxime delectat, in eundissimoque in illa fert desiderio, simulacrum status sui felicis futuri certitudine ex verbo DEI magis magisque conuincitur. Gustus igitur hic vitae aeternae summus omnino gradus est gratiae SPIRITVS SANCTI, quam vocant, conseruantis; id quod cum antecedentibus PAULI verbis aequo ac consequentibus optime conuenit.

ATQV his absoluuntur determinatio Subiecti, de quo Apostolus loquitur, quoad priorem statum. Scilicet eorum sit mentio, qui Christiane religionis luce illuminati, donum coeleste, quod CHRISTVS est; gustauerunt, SPIRITVS SANCTI et donorum eius sanctificantium particeps redditi sunt euangelii denique dulcedinem et sperandas vitae aeternae felicitates percepérunt.

VI

TRANSIMVS iam ad explicationem determinacionis subiecti Paulini quoad statum posteriorem. Loquitur scilicet Apostolus 1) de illuminatis penitus, qui παρεπέσθηται. Verbum hoc in sacra scriptura eam denotat actionem, qua ex felici statu in quem translatus fui, in miserum ac infelictem illum, quem reliqui, memet resero. Ebr. X, 26. Respicit igitur Apostolus ad ανοσούς Ebraeorum, veram CHRISTI religionem, cui se dederunt, relinquentium, atque ad Iudaismum recentientium. Hos vocat

2) Αναπαύσθηται, εαυτοῖς τὸν γάνθην θεός καὶ παραδέχεται.



rīgoras. Reditum itaque illuminatorum ex Iudeis ad
 cultum, a quo iam abhorruerunt, leuiticum comparat
 apostolus cum peccato maiorum suorummet, qui C H R I-
 S T V M ipsi adfixerunt cruci, et de ipso quasi deuicto tri-
 umpharunt publice. Παραδειγματίζω nempe in S. litteris
 omnino significat, *opprobrio aliorum exponere aliquem.*
Matth. I, 19. Dein vero etiam de iis usurpati, qui
 in triumphis publicis captiuū ducuntur. Habet caeterum
 vtique αποστολα Iudeorum cum peccato cruci C H R I S T V M
 adfigentium communia; habet etiam, quibus grauior hoc
 redditur. Nimirum hi nondum resurrectione C H R I S T I,
 ascensione, et s. S P I R I T V S missione erant conuicti,
 I E S V M esse Dominum gloriae. Illis vero haecce non
 amplius deerant argumenta; quid? quod virtutem illo-
 rum iam perceperint; de illuminatis nempe loquitur P A V-
 L V S. Declarant ergo I E S V M pro homine malitioso et
 impio, morte et afflictionibus cunctis digno; h. e. cru-
 cifigunt sanctissimum Messiam, et quidem εαυτοῖς. Si-
 bimet ipsi I E S V M cruci adfixerunt Iudei, cum Pilato,
 publice declararunt, se velle, ut ipsis effusio sanguinis
 Messiae innocentis imputetur. Εαυτοῖς ἀνασκούντες τὸν νίκη
 Θεος sunt οἱ αναστότες, quia abnegatione euangelii decla-
 rant, se in factum hoc suorum consentire maiorum
 que

que plane non idoneum est subiectum, ut aetius quidam
in ipso producatur, per τὸ ἀδιάτονον haec rei constitutio
indigitatur. Matth. V, 14. XIX, 23. 24. 26. Αγαπη-
νίαν est rem in eum transponere statum, in quo exstitit,
quum produceretur, atque cum efficientis caussae sco-
po prorsus esset conueniens. Col. III, 10. Hoc autem
factum est, quum EBRAEI ad religionem christianam
ducerentur. Sed rursus (πάλιν) suscipi hoc opus con-
uersionis posse, ἀδιάτονον pronunciat Apostolus. Μετάνοια
sensu specialissimo huc sumitur, et denotat reflexionem
a falso D E I cultu ad verum. Ipsique probatum, quo
sc. sensu de iudeis et gentilibus dicitur ipsos ad C H R I-
S T V M conuerti. Verum enim vero P A V L V M de hypo-
thetica impossibilitate, h. e. de ea, quae in ipsomet sub-
iecto conuertendo iacet, non vero de absoluta dicere pa-
tet exinde, quia nec in D E O sufficiens ratio huius abso-
lutaie impossibilitatis quaeri potest, ita, vt decreuisset, e-
iusmodi homines numquam in suammet gratiam recipi-
endi; nec in veritatibus ipsis, ac si virtutem conuincendi
diuinam amisissent. Impossibile igitur est ex culpa illu-
minatorum, eosdem rursus renouare, h. e. denuo de ve-
ritate euangelii conuincere, ingeniumque mutare illorum,
atque perficere, ut impietatis suae, desertorumque C H R I-
S T I castrorum, eos subeat poenitentia.

VIII

N V L L I S igitur rationibus impedimentum remo-
ueri potest, quod renouationem ad poenitentiam illumina-
torum, si ανανίστασθαι, reddit impossibilem? Durum
hoc multis Theologorum atque Interpretum iam visum
est. D E O nimurum nihil est impossibile; Ergo adfirma-
re vix licet nobis, nec Omnipotentissimum homines eius-

C 3

modi


modi ad resipiscentiam ducere posse. Id quod etiam exicitauit rerum diuinarum gnares et sacras nobis exponentes litteras, ut in genuinum PAVLI sensum et analogiae fidei conuenientem inquirere maximo studebant opere.* Et salua omnino res est, simulatque propositiones epistolae usque huc consideratas atque explicatas cum antecedentibus curate comparabimus. Iam notatum fuit a nobis, commata Capitis sexti huius quartum quintumque caussam continere et rationem; cur PAVLVIS in rerum praesentia nollet prima cum EBRAEIS Christianae religionis dogmata repeteret. Ad Iudaeos maxime scribit,

quo-

* Hinc multi per τὸ ἀδύνατον intelligi voluerunt id, quod admodum est difficile. Cf. WOLFI Curae philol. et crit. ad hunc locum p. m. 661. sq. CL. SCHOETTGENIUS difficultates, quae ex voce hac oriuntur, tolli credidit facilius rectiusque, sit textui suppleatur Subiectum, quod homines a PAVLO determinatos renouare nequeant. Putat scilicet, id esse Apostolos aliosque verbi diuini praecones; tres praeterea adducit caussas ad sententiam suammet corroborandam. Verba, inquit, textus 1) id facile commununt; 2) versus tertii verba idem probant; 3) τὸ ἀγανάκτειν proprie quidem DEO conuenit, quod non negatur, apostolis tamen idem non incommode adscribitur, quem ad modum alia talia Prophetis quoque V. T. tribuuntur. Cf. SCHOETTGENII horas hebraicas in hanc epist. p. m. 956. Propins ad nostram accedit sententiam W. WALL in notis criticis in N. T. Contendit enim nobiscum, rationem reddere Apostolum, cur primaria doctrinæ capita cum EBRAEIS repete nollet. Scilicet quod illa iam omnibus sint inculcata, quodque sibi sit impossibile, ullis verbis, quaecumque etiam proferat scribatur, illos, qui relapsi sunt, reuocare ad poenitentiam. Negat vero caeterum, ex hoc effici, eosdem nec a DEO ipsomet vel conuersti posse, vel numquam iri conuersum sine terroribus conscientiae, siue poenis, siue SPIRITVS s. efficacia aut vi. Multo minus, ait, consequi, eos, vbi poenitentiam delictorum agerent, remissionem ipsorum non esse adsequuturos. Lectori caeterum beniuolo relinquimus, quamhain harum cum nostra collatarum sententiam censem praferendam.

quorum multi ex Iudaismo ad Christianismum conuersi relicta accedere rursus castra sibi proposuerunt. Hos ab instituto tam abominabili reuocare studet apostolus piennissime. Igitur verba eius haec sibi volunt: Licit admodum esset necessarium, vobis denuo inculcare et explicare doctrinarum CHRISTI fundamenta, huic tamen negotio iam satisfacere nequeo, quia ἀπαξ φωτιδέντας αὐτοπεγάτας IISDEM renouare et ad resipiscientiam duce-re prorsus est impossibile. Grauiora potius dogmata eiusmodi hominibus proponere debo, ut apostasiae criminis grauitatem eo melius perspicere, atque ad mutationem animi valeant adduci et permoueri. Et ita omnino res est comparata. Videlicet, qui veritatem religionis CHRISTI agnouerant, de ipsa penitus conuicti erant, nihilominus vero eam reprobant, relinquunt et ad relictum DEI cultum VERO oppositum recedunt, hi tot tantisque praetudicatis opinionibus, peruersis iudiciis erroribusque occupantur adeo grauibus, ut primis christianaे religionis minime moueri queant principiis, ad rectam, a qua deflexerunt, viam reuertendi. Maiora potius momenta considerari cum ipsis et examinari debent, ut veritas fundamentorum pateat, absque iis denuo agnoscatur. Id quod etiam PAVLVS ipse praestitit. Prima fidei in CHRISTVM capita iam EBRAEIS haut proposuit, v. I. διὸ ἀφέντες τὸν τῆς αἰχνῆς τὸν Χριστὸν, sed grauissimam explicauit veritatem, IESVM scilicet verum esse Messiam, Patribus promissum, atque typis leuitici cultus omnino adumbratum

MINIME ergo locus hic *de peccato in SPIRITU* s. agit; quod licet Theologorum plurimi quidem contendent, nos tamen, cum scriptoris diuini scopo minus



minus conuenire, in dogmatica dissertationis nostrae,
quae hanc excipit, parte et demonstrabimus, et argumen-
tis ex loco hoc cum idea *Peccati in SPIRITVM SAN-
CTVM collato desumis confirmabimus* *

* Paucis licebit huic euincere verum loci ad EBR. X, 26. sensum, qui plurimis Theologorum idem probare videtur, ac iam consideratus. Contendunt nempe, Apostolum in eo etiam de peccato in SPIRITVM SANCTVM eloqui. Ἐγειρόμενοι γάρ, sunt textus verba, ἀμαρτιῶν ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίκυρων τῆς ἀληθείας ἐπὶ τοῦ περὶ ἀμαρτιῶν ἀπολέπεται θύσια. Certum est, PAVLVM per τὸ ἀμαρτάνειν idem denotare ac per τὸ ἀνεπίτεν C. VI, 4. sqq. ac οἱ λαβόντες τὴν ἐπίκυρων τῆς ἀληθείας sunt omnino οἱ ἀπαξ φωτισθέντες. Subiectum ergo est idem in vitroque loco. Nimurum loquitur Apostolus de Iudeis ad Christianam religionem conuersis, iam vero ad relicta recedere castra volentibus. Quid autem his proponit? Οὐκ ἔτι περὶ ἀμαρτιῶν ἀπολέπεται θύσια. Cultus scilicet leuiticus hostiis omnino absolutus fuit maxime, quae, tamquam typi, respexerunt ad futurum Messiam, atque hac ratione Iudei per hostias acceperunt delictorum suorummet remissionem. Nunc vero, quum CHRISTVS iam venerit in mundum, vim etiam amiserunt suam hostiae, et nullus per eas cum DEO reconciliari amplius potest. Depingit ergo PAVLUS miserrimum eorum statum, qui, postquam Messias promissus aduenit, cultu tamen leuitico se DEVUM posse credunt venerari. Scitis, inquit Apostolus, Hebrei, scitis, vosmet quotidie peccata committere, quibus iram DEI in vos concitat. Quibus auxiliis DEVUM studebitis vobiscum reconciliare? Num oblatione victimarum? Haec omnem amiserunt certe valorem. Οὐκ ἔτι ἀπολέπεται θύσια περὶ ἀμαρτιῶν, si ex Christianismo ad Iudaicam reuertemini religionem. Cf. AVG. HERM. FRANCKII *Lectiones paraeneticas in Epistolam ad Hebreos.*

PARS

PARS DOGMATICA

I

SCOPVS dogmatici huius partis nostrae dissertationis eo in primis tendit, vt sistatur vera notio *Peccati in SPIRITVM SANCTVM*; dein vt sensus PAVLI in dicto usque hoc considerato cum ipsa comparetur, Theologorumque tertio communis ipsius interpretatio examinetur; deinde vt, quae ex ipso concludere licet dogmate, rationibus fundata, adiiciamus.

AD PRIVS quod attinet negotium a nobis iam suscipiendum, ab omnibus sane conceditur, notionem, quam de *Peccato in SPIRITVM SANCTVM* formare debemus, ediscere nos oportere ex ipsius Saluatoris nostri sermonibus dictisque, qui scilicet non solum nos docet, dare eiusmodi peccatum, sed etiam, qua in re consistat illud, demonstrauit. Addimus et hoc: nullus in codice sacro exstat locus, in quo ab alio quodam viro θεοπνεύσω instruamur de essentia aequa ac existentia *Peccati in SPIRITVM SANCTVM*. Saltim ipsius distinctam et expressam mentionem nullus eorum fecit. Num vero ea, quae excitantur, loca agant de ipso, sub iudice scilicet lis est. Id quod abunde nostram confirmat sententiam, ex Matth. XII. 31. 32. Marc. III. 28. et Luc. XII. 10. esse hauriendam vnicce definitionem de *Peccato in SPIRITVM* s. a Theologis suppeditandam.

VT vero hoc eo facilius procedat, occasio sane curiosus est consideranda, qua scilicet data IESVS de peccato eloquitus fuit in SPIRITVM s. Sequentia igitur cape. *Matthaeus* pariter ac *Marcus* II. citt. commemorant sanationem hominis daemone obsessi, a CHRISTO miraculose suscepitam peractaque. Populus praesens his rebus ge-

D

itis



stis permouebatur, atque vim Messiae diuinam agnoscebat. Quem effectum salutarem Pharisei impedire studentes populo persuadere conantur, IESVM eiecisse diabolum principis daemonum auxilio, quem Beelzebub vocarunt. Refutat CHRISTVS impiam valde hanc opinionem blasphemiamque maximam, et tandem inquit: *omne peccatum omnisque blasphemia homini remittitur, sed ea, quae in Spiritum committitur, sane haut condonatur.* Quid ergo, num Pharisei hoc commiserunt crimen? Vtique. Haec enim omnia dixit Saluator noster θεονθωπος, quia ipsum habere daemonem impurum contendebant. *Marc. III, 30*

EX his itaque concludimus: Quicumque miracula CHRISTI virtute diuina, qua pollet, peracta daemonis impuri diabolique auxilio dicit edi, licet de meliori sit instructus et conuictus, is peccatum committit, quod in SPIRITVM a CHRISTO dicitur perpetrari. Nam quicumque huius criminis accusantur a CHRISTO, illi miracula ab Ipso diuina vi perfecta daemoni impuro adscriperunt. Ergo peccati in Spiritum definitio haec erit optima: *quod sit videlicet crimen illud, quo Christus miraculum diuina virtute edens, diaboli ipsius auxilio operari, impie dicitur, licet de diuinitate ipsius finis coniuncti.* Hunc enim conceptum probat, confirmat, suppediatque ipsa occasio IESV contingens hac de re differendi, ipsiusque grauitatem ob oculos Phariseis ponendi *

LVCAS

* Et sunt omnino Theologorum nonnulli, qui hac in re nobiscunque consentiunt, eademque definitionem Peccati huius tradunt. Ex patribus nonino ATHANASIVM, Ecclesiae Alexandrinae Antifitem, qui Saec. IV. floruit, perque peccatum in SPIRITVM s. praeceps intelligit blasphemiam, quae in CHRISTI DEITATEM committitur, vbi miracula, a Seruatore edita, diabolo adscribuntur.

LVCAS quidem, quod fatemur, nullam mentionem facit miraculi cuiusdam a CHRISTO editi, quum nobiscum sermonem communicat, quo IESVS de eodem peccato cum discipulis suis differit. Interim ea prorsus ratione apud Lucam quoque eundem Messias distinguit inter peccatum, quod in humanam committitur suammet personam, et inter illud, quo SPIRITVS s. laeditur. Per posterius igitur, quod facile patet, idem intellegit, cuius rationem et naturam apud Matthaeum et Marcum inuenimus explicatam, simulatque verba Salvatoris nostri cum ipsa occasione, qua fuerunt prolati, ut factum est a nobis, contendimus. Insuper haec etiam volumus considerari. DOMINVS noster apud Lucam Capite citato. XII. suos adhortatur discipulos, ut numquam ipsum pernegerint, ut potius semet coram quolibet homine confiteri semper parati sint promptique omni cum alacritate. Verum enim vero ut sciant, quibus pernegetur C H R I-

D 2 S T V S

tur. Hunc sequuntur TERTULLIANVS, HILARIUS, PACIANS et AMBROSIVS, quibus PHOTIVM addimus, virum Saec. IX. valde celebrem. Cum his ex recentioribus fere consentit HORNECKIVS. In omnibus vero nostrammet sententiam approbat HUGO GROTIUS, SIMON EPISCOPIVS, STEPH. CURCELLAEVS, PHILIPP. ALIMBORCH, atque CATEN-BVRGIVS. Adiungendi sunt his celeberrimus Tubingensium Theologus atque Cancellarius C. M. PFAFFIVS, itemque IO. CHRIST. KLEMMANS, et PETR. ZORNIVS, qui sub nomine THEOPHILI AMELII latere voluit; THEODORVS HACKSPANIUS, IO. PETRVS GRVNENBERGIVS. Addimus et Praeceptorem nostrum omni pietate colendum Celeberr. IO. ERNESTVM SCHVBERTVM, qui in disserit sua inaugurali sub Praefide nostro *de Peccato in SPIR. s.* habita in eo nobilcum consentit, ut contendat, dictum ad EBR. VI. 4. sqq. minime de peccato agere in SPIRITVM s. Ex Ecclesiae Romanae sociis in censum veniunt GILBERT GENEBRARDVS et CORN. IANSENIVS; ex Anglis HALESIUS

STVS peccatis, docet, hoc primum fieri, si humanam suammet verbis laederent impiis actionibusue malis naturam; deinde atrocius adhuc crimen, quo pernegetur, esse hoc, si sanctum blasphemarent SPIRITVM; id quod scil. numquam hominibus remitteretur. Ex his patet adeo, CHRISTVM et hoc in loco nullum aliud per postrem designare peccatum, quam illud, cuius Pharisaeos, daemone ipsum impuros eiicere spiritus adfirmantes, accusauit. Nam 1) etiam opponitur peccato in filium hominis; 2) de ipsomet quoque adfirmsat IESVS, quod neutiquam remittatur

INTERIM non est, quod anxie de peccati huius denominatione quaeramus. Docet nimurum ipse CHRISTVS, se daemones per DEI SPIRITVM eiicere, adeoque etiam miracula virtute diuina edere. cf. Matth. XII, 28. Haec igitur vera est causa, cur blasphemia in miracula CHRISTI a Phariseis iacta *peccatum* dicatur in SPIRITVM SANCTVM

II

QVICVM QVE igitur locus Scripturae sacrae de *peccato in SPIRITVM* agit, ille versari debet circa blasphemiam in miracula CHRISTI factam. Et vice versa. Quicumque locus non agit de blasphemia in miracula CHRISTI impie dicta, ille etiam non versatur circa *Peccatum in SPIRITVM* s. Haec est norma, ad quam examinanda sunt dicta reliqua, in codice sacro occurrentia, quae de singulari hocce delicto agere adfirmsant. Ratio autem et fundamentum huius regulae est definitio ipsa, a nobis suppeditata, et ad CHRISTI ipsis verba iuste efformata. Porro. Quicumque locus Scripturae de peccato agit, cuius remissio nulla prorsus ratione potest obtineri, in illo

de

de Peccato in SPIRITVM SANCTVM est sermo; et vice versa: quodcumque diuini codicis dictum de Peccato non agit, cuius remissionem nullo possumus modo consequi, illud etiam de hoc delicto non potest explicari. Scilicet Charakter Peccati in SPIRITVM, quem ipse Messias suppeditauit, est irremissibilitas

III

HAEC igitur adplicemus necesse est ad effatum PAVLI Sectione secunda exegesi curationi consideratum; si litem componere velimus, vtrum agat de Peccato in SPIRITVM, an vero minus de ipso loquatur Apostolus. Res ante omnia conueniat in Subiecto. Loquitur scilicet, vt vsque huc ostendimus satis evidenter, de Iudeis, qui ad religionem rectam sunt adducti, et de veritate, CHRISTVS quod sit Messias, Patribus a DEO promisus, iam convicti quam maxime. Vocantur hi ab Ispo met illuminati, quia iam acceperunt τὴν ἐπικυρωσθήσαντίαν, quas scilicet omnis ignorantia, omnis error, omnis peruersa inclinatio ad ea, quae veritati sunt opposita, ex intellectu, tamquam tenebrae, quibus obfuscatur, expelluntur. Qua re vides, quod ὡς ἐν παρόδῳ notamus, NOVATIANOS grauiter errasse, qui per αὐτοὺς φωτισθέντας baptisatos intelligi voluerunt, quem significatum ex more atque stilo PATRVM modo τὸ φωτίζειν accepit. Naturam illuminatorum delineare pergit Apostolus, dum eos etiam gustare dominum illud coeleste, quod est CHRISTVS, adfirmat, hac scil. ratione, quium, quam eximia sint dona, quae fide in CHRISTVM accipiunt, iam fuerunt experti, partim remissione peccatorum, quam sunt adsequuti, partim fiducia in DEVUM, quae ipsis in corda filium in dies crescere solet; quia scil. participes sunt

D 3

Spi-



Spiritus sancti, qui inhabitat mentem credentium, ut eos in bono omni confirmet, atque incrementa capere iubeat, dum vires largitur, consolatur atque preces fundit ipse ad patrem. *Rom. VIII.* Hoc sane modo sentiunt *bonitatem verbi Iehouae*, quum omnia Illum seruare atque implere experiantur, quae in Sacra Scriptura promisit vere in **CHRISTVM** credentibus. Id quod etiam eos magis magisque cum **D E O** coniungit, redditque idoneos, laetitias illas sibi repraesentandi maximas, quibus aliquando in vita futura delectabuntur, qui perseverant in fide ad mortem usque. Cape igitur his Subiectum, de quo **PAVLVS** loquitur

III

si homo eiusmodi ad Iudaicam recedit religionem, per prima fidei principia non potest renouari, inquit Apostolus. Quaeritur ergo 1) num Iudeus ad Christianam religionem conueritus, si eum deserit rursus, adque relictum regreditur Iudaismum, iure dicatur peccare in **SPRITVM SANCTVM?** Id quod negamus. Nam aliud est, miracula, quae virtute diuina **CHRISTVM** edere videmus, daemoni adscribere, licet ne vnum quidem in promptu sit argumentum, sic iudicare; aliud est: veritatem religionis Christianae, quam professi sumus, iam in dubium vocare, aut prorsus rejicere; scilicet ad hoc nos variae opinione praeiudicatae, quibus fallimur, varii errores, in quos incidimus, rationes variae apparentes, quibus seducimur, possunt permouere. Prinus autem si fiat, hoc omne in promptu non est. Nam ad essentialia huius peccati requiritur, miraculorum a **CHRISTO** editorum diuinitatem ex sola omnino malitia, incredulitate, et peruersissimo veritatis odio impugnare,

re, atque blasphemii adficere. Porro notetur et hoc:
 PAVLVS ad Iudeos scribit, qui, licet fuerint illuminati,
 variis tamen tentabantur opinionibus, castra petendi re-
 lieta; ut totum Caput primum Epistolae ad EBRAEOS
 indicat. Deinde quaerendum est 2) num, per prima re-
 ligionis Capita non posse renouari, idem sit, ac: plane
 non adsequi posse peccati remissionem. Id quod sane
 nemo adfirmabit. Verum enim vero PAVLVM prius
 modo enuntiare, iam demonstrauimus. Et sane nihil
 habebit, quod obiciat, qui nexum, vt fecimus, ante-
 cedentium probe comparauerit cum textu nostro. * Dein
 Apostolus hoc etiam dicere non potuisset. Apostamat e-
 nim ad veritatem posse redire est certissimum

V

CADIT igitur fundamentum sententiae, qua ora-
 culum hoc PAVLINVM de Peccato in SPIRITVM
 SANCTVM agere adseritur. Scilicet primarium eius est
 hoc, quod dicitur, renouationem christianaee religionis ve-
 ritatem sufficienter agnitam abnegantium esse prorsus im-
 possi-

* Ipse beatus Tübingenius Theologus, CANZIVS, meritis in diuiniores
 scientias pariter ac in Philosophicas maximis sane insignis, licet aliam
 de Peccato in SPIRITVM s. habeat intentionem, nihilominus ver-
 ba nostra eodem modo connectit cum antecedentibus. Quem in
 fineur conf. IPSIVS Compendium Theol. purioris p. m. 489. sq. ubi
 inter alia his etiam verbis utitur: Talem vocis (*ἀδύνατον*) signi-
 ficatum (quod scil. moralem hic designet impossibilitatem) ex
 nexi oraculi cum antecedentibus, probo: *non iaceam*, ait vir di-
 cens *christianaee religionis tantum fundamenta*; quasi dicat: *aut*
in veritate acceptata persistitis, tum ad veteriora incrementa per-
 gendum; aut *relaximini* in pristinos ethanicorum vel Iudeorum
 errores; tum impossibile fuerit vos reduci *ILLIS ARGU-
 MENTIS, QVAE SVAM IN VOBIS VIM, IAM IN IPso RELAPSV
 AMISERVNT*



possibilem. Ratiocinantur ergo hunc in modum: *Quicunque nullam suorum peccatorum sperare possunt remissionem, hi sunt ii, qui peccant in SPIRITVM SANCTVM.* Quorum vero renouatio est impossibilis, *hi etiam nullam sperare possunt remissionem peccatorum.* Iam qui Religionis Christianae veritatem sufficienter agnitam pernegan, horum renouatio est impossibilis. Ergo etiam sunt peccatores in SPIRITVM SANCTVM. Probant suas conclusiones ex dicto PAVLI cum effato CHRISTI collato. Nimirum DOMINVS dicit: omne peccatum remitti excepto in SPIRITVM SANCTVM delicto. PAVLVS vero loquitur de peccato, quod haut remissibile est, ergo etiam sermo ipsi est de peccatoribus in SPIRITVM. Loquitur vero Apostolus de abnegatione veritatum diuinorum sufficienter agnitarum. Hinc in ea consistere etiam peccatum a CHRISTO irremissibile dictum concludunt

VI

Sed respondemus 1) quod iam demonstrauimus: renouationem abnegantium veritatem religionis Christianae fatis agnitam ab Apostolo *non dici absolute, sed tantum respectuim impossibilem.* 2) Ponamus, Apostolum de impossibilitate renouationis eorum, qui agnitam verbi diuini veritatem pernegan, *absoluta* huc loqui; ob eamdem caussam de peccato quoque in SPIRITVM SANCTVM: quomodo haec notio contueniret cum idea peccati huius ex ore CHRISTI formanda; qui satis distinet docet, illud committi, si miracula ab ipso perpetrata suamque diuinitatem spirantia, daemoni adscribimus, atque impiis adficerem conatur blasphemii. Conueniret utraque in Charaktere uno, in re ipsa autem differret, adeo ut plures essent species, quae sub genere peccati *irremissibilis* continerentur.

nerentur. Id quod viderunt Theologi dictum hoc de peccato in SPIRITVM explicantes. Formarunt hinc sibi notionem ex oraculo Paulino, ad quam accommodare atque explicare studuerunt, quae docuit Saluator noster sanctissimus. Cum his autem in unam ire sententiam neutriquam possumus. Praeter ea certum est, quid? quod certissimum, iusto latiori significatu sumi peccatum *ἐις τὸ πνεῦμα ἀγίον*, si per illud abnegatio veritatis christiana religionis voluntaria intelligitur.

VII

ATQUE facili fere negotio ad caeteras quaestiones responderi possumus, quae circa Subiectum et causam irremissibilitatis peccati in SPIRITVM s. solent ab eruditis disputari. Ex dicto Paulino nihil effici his de rebus, omnes concedent, simulatque erunt conuicti, illud de Peccato hoc non agere. Concurendum igitur est ad oracula Euangelistarum, sermonem CHRISTI continentium. NVM igitur irregenitus est Subiectum, circa Peccatum *ἐις τὸ πνεῦμα versans?* num vero regenitus? Irregeniti fuerunt Pharisaei, qui a CHRISTVS huius accusantur Criminis. Quid ergo multis opus est disputare? Porro: Regeniti vt his euadant similes, fieri posse, haud video cur negem? Quem vero usum habet haec quaestio? Certum videlicet est, hodie non amplius peccari in SPIRITVM s. eo sensu, quem CHRISTVS intelligit. Difficilius erit decidere rem circa causam, quae sit, irremissibilitatis. Scil. omnes in eo conueniunt, finalē *ἀπίσταν* esse ipsius rationem, sed huius ratio quaenam sit, disputatur: vel, vt distinctius mentem meam exprimam, quaeritur a Theologis, CVR incredulitas finalis necessario sit conexa cum vitio illo, quo committitur peccatum in SPIRITVM

E

SPIRITVM



RITVM s. adeo, vt qui huiusce fit reus, finaliter etiam euadat incredulus. Nobis quidem responsio ea videtur optima, qua dicitur nulli locum dari medio, quo reducuntur ad fidem, qui DEITATEM Messiae, de qua conuicti sunt plene, ipsis etiam extraordinariis gratiae mediis, nuda ex malitia non solum negant, sed etiam oppugnant, et blasphemii laedunt pertinacissime.

PLVRA iam non addam, beniuole Lector, vltimaque haec consecataria neutiquam prolixius prosequar, a Viris sane doctissimis solide iam passim pertractata, examinata, refutata, adprobataque; quum praesertim facile iuuenilibus meis conaminibus, necessaria nondum perspicacia et eruditione theologica, quod profiteor, et quam nemo a memet exigebit, munitis exornatisque, in errorem incidere possem. * Vnica ratio fuit hoc momentum theologicum pertractandi, quia delector studio exegetico, quo sine nemo se virum praestare potest aliquando theologicum

* Conferri possunt hanc in rem, quae docet multa cum soliditate V. S. V. Abbas noster, SCHUBERTVS, in citata disputatione; et qui se ipsi opponit, Celeb. IACOB. CARPOVIUS in tribus, quas edidit, Commentationibus de notione et irremissibilitate peccati in SPIR. s. et incredulitatis finalis tredecim speciminibus comprehensa

Errata

Pag. XI. lin. 11 et 12 φωτιδέντων lege pro φωτιαδέντων.

Pag. XIV. l. 1 et 2 γενεθλίαι pro γένεθλοι

Pag. XV. l. 5. φωτιδέντρα pro φωτιδέντρες

l. 7. iudicat pro iudicat

Pag. XVI. l. 20 est pro et
Caetera, si quae sunt, emendabit L. B.

MUTAT



OR.

ORNATISSIMO WAGNERO


S. P. D.

CHRISTOPHORVS TIMOTHEVS SEIDELIVS

Itaque multis ingenuis artibus, adminiculisque dextre theologicis stipatus,
ad explicandum aliquod diuinioris doctrinae caput, mentem appulisti;
et eius omnino generis ex ampliori diuinorum librorum segete penum de-
promisisti, quod difficiles admodum explicatis habet, et cuius interpreta-
tio multum haec enim theologorum eruditissimorum exercuit ingenia, nec ta-
men hodiernum penitus inter eosdem conuenit, utrum iste locus de peccato
in SPIRITVM s. exponat nec ne, sed in diuersar potius abeunt senten-
tias. Quocirca TVVM hoc institutum lectoribus esse non potest nisi gra-
tissimum. Quam vero omni in negotio exegeticō, loci, temporis, alia-
runque circumstantiarum confederatio, in genere praefet utilitatem: vel
hoc etiam nomine isthaec TVA commentatio est commendanda, quod in
iis, quoad eius fieri potuit, excutientis, nihil TIBI laboris reliqui fa-
ceris, praetereaq; omnia succincte si prosequitur. Iam ad me quidem
quod attinet, vehementer placet mihi ista TVA opera, multumque iuvat
me esse testimoniū TVAE præstantiae, dexteritatis, et reliquorum quibus
emines mentis dotum. Eras autem iam tum non leviter subactus literis
optimis, cum has salutares Musas. Ex quo autem nostris inhaeres subse-
liis, denio iisdem literis omni qua decet assiduisse incubuisti, itemque in
theologia parum tenues fecisti progressus, intraque biennii spatiū, inge-
niorum bona in mercatu, optimos TIBI thesauros collegisti. Cuius rei,
praeter hoc ipsum, aliud etiam praeclarum extat documentum, Meditatio
nempe Philologico Exegética in primum Psalmum super TVO Marie con-
scripta, quae se ob eruditissimam et alia multa bona, non praeter rem com-
mendauit. Talem itaque quum TE bacillus praefitteris, quomodo pot-
est aliter sperari, quam ut magna cum laude TVAM hanc publice ex-
ponas dissertationem, eamdemque defendas egregie? Huius defensionis
quum testimoniū me esse præsidemque voluisti, in ea re eo TIBI lubentius gra-
tificor, quum optime TIBI cupiam, TVisque saueam studiis industriaque;
adeoque ut his, quac ab TE laude digna geruntur, intercessione
igitur TVVS, quem huic negotio impendisti, labor, TIBI laudi, caris
in patria parentibus cognatisque laetitiae, aliis vero utilitati cedet.
Modo perge, OPTIME WAGNERE, investigationi sacri textus operam
locare: perge eo quo coepisti modo bonas sectari literas, easque ad diu-
nam transferre doctrinam, ut sanctissimum inde DEI nomen amplificetur,
variusque ad DEI civitatem usus redeat. Nullas difficultatum perti-
mescit syrtes, sed docili TVA eas transcendē solertia! Ita bonus euades
theologus, DEVUSQUE diligenter TVAM pensabit operam industriamque
abunde.



abunde. Illud supremum Numen TUA coepit omnia secundet, et TE
saluum esse incoloremque iubeat. Vale. Dabam in Academ. Iul. Carolina
d. XXIII. Maii MDCCLV.



VIRO
NOBILIS DOCTIS

AVCTORI DISSERTATIONIS

AMICO INTER PAVCOS DILECTO

S. P. D.
IOANNES FRIDERICVS SCHOLZ

PHILOS. D. ET AA. MAG.

Opponens.

Virtutes TVAS, AMICE DILECTE! laudare, amicitiae opus non re-
putatur. Quidni? Num forsitan laus ore amicorum prolata minus
habet ponderis minusque valoris? Dicitur! Sed quanta ratione, nescio.
Nonne dubitare licet, an ii, quibus id videtur persuasum, amicitiae le-
gers recte cognoverint atque proprietates? Mutuus amicorum amor, in
recta fundatus virtutum sensatione, laudi, opinor, ab amicis profectae si-
dem conciliat necessum est maiorem. Plena enim ex coniunctione prae-
finita profluxa. At mundo maneat opinio! **T**V, VIR **NOBILIS**, vir-
tutibus clare splendentibus instructus non eges praeconis. Et mibi sufficiet,
TIBI, quod cor meum mibi dictat lactum, declarasse. Gratulor TIBI
nouum eruditioris TVAE specimen; nouum dico, existant namque egregie
abs TE elaborata antiquiora. Gratulor PATRI TVO Seni grauissimo
filium tam doctum, solamen senectutis dulcissimum, familiaeque ornamen-
tum. Gratulor Patriae TVAE, cui semper bonorum ciuium laus fuit
honori, ciuem praeclaris maceratum ingenii dotibus. Numne igitur, ut
TIBI DEVS mox decernat larga virtutum praemiu, optarem? Ex a-
simo, crede mibi, opto! Et si prouidentia votis annuerit, vitam viues
felicem, beatam, patriaque incundissimam, utilissimamque. Verum ab
hisce votis adimplendis neque hoc scilicet licet, mibi ut semper sis
amicus, meique memor. Dab. in Acad. Iul. Car.
d. XXIII. Maii MDCCLV.




AB: 134322



56.

B.I.G.



DISSERTATIO EXEGETICA

QVA

LOCVM PAVLI ad Ebr. VI, 4. sq
NON AGERE

DE

PECCATO IN SPIRITVM S

AD SERITVR

QVAM QVE
SVB PRAESIDIO

VIRI SVMME VENERABILIS

MAGNIFICI ET EXCELLENTISSIMI

CHRISTOPHORI TIMOTHEI
SEIDELII

S. THEOL. D. SEREN. BRVNsv. AC LVNEBVRG. DVCI A CONSILIIS
SAGRIS, SVPERINTENDENTIS GENERALIS, CAPITVLI IMPERIA-
LIS LIBERI REGIO - LOTHARIENSIS ABBATIS, S. THEOL. PROF
PRIMAR. IN ACAD. IVLIA CAROLINA, ET PROT-ECCLESIASTAE
HELMSTADIENSIS, TEVTONICARVM SOCIETATVM HELM-
STADIENSIS PRAESIDIS ET GOTTINGENSIS
MEMBRI

FAVTORIS PRAECEPTORIS AC HOSPITIS SVI MA-
XIMA PIETATE AC MENTE GRATISSIMA
AETATEM COLENDI

D. XXVII. MAII MDCCLV. IN IVLEO MAIORI
PVBLICO EXAMINI SVBIICET
AVCTOR

IOANNES FRANCISCVS WAGNER

VLMENSIS

S. THEOL. CVLTOR ET DVCALIS TEVTONICAE SOCIETATIS,
QVAE HELMSTADI FLORET, ORDINARIVS SODALIS

HELMSTADI, TYPIS LEVCKARDIANIS

